

PARS TERTIA.

Hæc igitur summa est totius operationis, nam quicquid deinceps restat, ne puncto quidem differt à iam dicto Canone. Ne tamen per socordiam videamur defuisse studiosis, repetemus operationem Canonis per exemplum propositum.

Tripla igitur totum quotientem, scilicet 34, exeunt 102, quæ colloca ita ut prima sit sub figura, quæ proximè sequitur punctum præcedens, reliquæ ex ordine, deinde rursus multiplicatum quotientem, nempe 34 in triplum, scilicet 102, surgunt 3468, ea colloca sub triplo, verum ut vno loco post tripli initium sumas exordium, hic igitur numerus diuisoris vice fungitur. Vide iam quoties in superiori contineatur, quoniam ergo 3 in 17 tantum quinquies habentur, adiunge 5 ad quotientem, deinde multiplica 5 in 3468 diuisorem, hinc crescunt 17340 collocanda sub diuisore. Secundo multiplico quadratum eiusdem digiti postremo in quotientem

*Declaratio.*

H 3

tientem